

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim**

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii  
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae  
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

**Quintilianus, Marcus Fabius**

**Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665**

XXXIV. Mater & noverca invicem reae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12889**

verit. Amor, animi peculiare secretum est. Accusatur à vobis Amor & homo, qui deum nostrum patitur? Eſſet meum crimen aut error, ſi te ſolus adamafſem.

## XXXII.

*Raptam pater vinculis tenens.*

RAPTA RAPTORIS MORTEM, AUT INDOTATAS NUPTIAS PETAT. Raptam pater vinculis continent, raptor duci ad magistratus defiderat.

## PRO RAPTORE.

<sup>2</sup> **N**ihil equidem leges clementius paraverunt, quam de lege raptarum: non licet aliud judicare: medius his nemo eſt. Sum reus: ſed exhibe judicem meum. Proh deum atque hominum fidem: in qua civitate raptor ſolutus eſt, in ea raptam vincitur?

## XXXIV.

*Mater & noverca invicem reæ.*

Repudiata eſt à marito, quæ filium habebat: petiit adſidue, ut reconciliaretur. non impetravit: poſtremo ait, vindicabo me. ſuperduxit ille puer novercam: obiit puer signis ambiguis cruditatis & veneni. Reas ſe invicem faciunt, repudiata mater & noverca ſuperducta.

## PRO MATRE CONTRA NOVERCAM.

**T**O tum noverca commiſit, quæ uno tempore & mari- tum miſeræ præripuit, & filium. Comparate, ju- di-ces, non ante rerum argumenta quam nomina. Quid ma- tri deliquerat filius? neque enim temere ſic filius de levi cauſa, quaſi privignus, occiditur. <sup>3</sup> Repudiata eſt, inquit. Mariti hæc culpa, non filii eſt: nec matris officium repudio deponitur, ſed uxorium nomen amittitur. <sup>4</sup> Dolor orbita-

tis

<sup>1</sup> Et homo, qui deum nostrum.] Scribe: Amor & homo, qui deum iſtum patitur. Vel veſtrum. Idem.

<sup>2</sup> Nihil equidem leges clementius para- verunt.] Puto, comparaverunt. Auſtor ad Herennium lib. 4. Bene maiores nostri hoc comparaverunt ut neminem regem, quem armis cepiffent, vita priparent. Cicero pro

Quinctio: <sup>1</sup> taque maiores nostri raro id accidere voluerunt: praetores, ut conſiderate fuſet, comparaverunt. Idem.

<sup>3</sup> Repudiata eſt à marito.] Scribe: Repudiata à marito ex quo filium habebat, petiit adſidue, ut reconciliaretur. Idem.

<sup>4</sup> Dolor orbitatis facinoris arguetur.] For- te: Dolor orbitatis facinore angebitur. Idem.

tis facinoris arguetur: & si grave est amittere filios, longe gravius occidere. Nonne hoc dicit, sola dominabor, cum & hic veneno meo perierit, & illa mendacio? judicasti pater, qui & repudiatam non accusando absolvisti, & uxorem non defendendo damnasti.

## XXXV.

*Speciosus desertor.*

**D E S E R T O R D U C I S E R V I A T.** VIRO FORTI PRÆMIUM. Pauper & dives inimici: dives creatus est imperator. Pauper sub illo cum filio specioso adolescente militavit. Pauper fortiter fecit, adolescens deseruit. Dives <sup>1</sup> jure agit, pauper præmio petit ut occidatur.

**P R O P A T R E.**

**F**ilium meum si liberare non licet, saltem liceat occidere. Creditis, judices, quod filio meo bene inimicus velit, pater nolit? profiteor, mortem me filii mei non quidem velle, sed malle. Vos cogitate, quanto sint mala illa graviora, quorum sunt etiam remedia crudelia. O fili! morere constanter, fac hoc saltem, quasi meus filius.

## XXXVI.

*Filius meretricis suæ redemptor.*

Diversas meretrices amabant pater & filius. Pater filio pecuniam dedit, ut amatam patris redimeret. Ille suam redemit: abdicatur.

**P R O F I L I O.**

**R**ideri me, judices, opinabar à patre, cum se quoque amare dicebat. Pater, <sup>2</sup> quod patior, agnoscit: quid in me pater reprehendat, ignoro. Et amandam meretricem consentit & emendam. Sciebas utique quid mallem. Paria sunt nobis in amore tormenta primum, quod amor velis nolis in senectute frigidior est.

## XXXVII.

<sup>1</sup> *Jure egit.*] Legio, agit. nempe ut sibi duci serviat ex lege speciosus adolescens desertor. *Pithæus.*

<sup>2</sup> *Quod potior.*] Malum, patior. & paucis post, paria non sunt nobis. *Idem.*